





PERILLVSTRES
NVPTIAS

SECKEN-
DORFIO-
VIZTHV-
MIANAS

DIVINIS AVSPICIIS

A.D. XVII. CAL. QVINCTIL.

A.R.G.

∞ ICCCXXXIII

NVMBV RGI

CELEBRATAS,

PIIS VOTIS PROSEQVITVR

COLLEGIVM VICARIORVM.

NVMBV RGI,

LITTERIS BOEOGELIANIS.





uge, Musa! fume plectrum,
Tinnulumque pange carmen,
Carmen ad sollemnitates
Obuias adcommodatum:
Et modis inusitatis
Nuptias inusitatas effer, adnuente Phoebō.
Iam coite, dithyrambi,
Liliis rosisque misti;
Permeate regna Florae,
Nuptiasque personate,
Quas in aedibus DECANI
Perque fatum perque uotum contrahi, gaudemus
omnes.

Auspicato suauiſ aeftas
Balsamo nouoque flore
Induit telluris orbem,
Tinxit arua, pinxit hortos,
Prata uestiit ſmaragdo,
Arboresque fronde multa fructibusque perpoliuit.

Alites per ſenticeta
Concinunt ſonis acutis,
Corneisque gutturillis
Saxa, fontes, bruta, mulcent,
Detinentque nos canendo,
Donec, occidente ſole, fuſca nox inumbrat agros.

Inter haſ amoenitates

Sponſus hic **SVMME VERENDVS,**
Verticordia fauente
Ac amorem concitante,
Virginem legit ſodalem,
Flore gratiae uenustae, ſolis inſtar, enitentem.

Nempe tædet et pigescit,
Inter improbos labores
Diſtrahi domo regenda:
Nec, negotiis peractis,
Eſſe, cum qua colloquatur,
Et laboris ac amoris iuſta penſa partiatur.

Ecce! federis iugalis
Expetitam nunc sodalem!
Sexui quae feminino
Gloriam decusque praefert:
Ecce stirpis luce claram,
Et simul uirtute multa semetipsam comendantem.

Hoc PERILLVSTRI PARENTI
Gaudium fert auspdatum,
Qui fenex scit, **CAROLINAM**
Filiam sic collocatam,
Ut, uelut Iacobus alter,
Prouidentiam Iehouae fletibus nunc prosequatur.

Ite, NVPTA cum MARITO,
Peruireta, per roseta!
Omnis infelicitatis
Inscii, diu ualete!
Absit omen luctuosum,
Quouoluptas et uoluntas Vestra possint dimoueri.



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





PERILLVSTRES
NVPTIAS

SECKEN- DORFIO-

VIHV.

DIV

S
CIIS

COLL

ORVM.

